

DISPUTATIO THEOLOGICA

De

Luce Primigenia,

Quam ex

Genes. I. vers. 3, 4, 5.

Luce & Duce Christo,

SUB PRÆSIDIO

*VIRI MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI*

DN. JOHANNIS MEISNERI,

SS. Theol. D. & P.P. longè celeberrimi, Templi Cathedralis Præpositi meritissimi, Facultatis Theologicae Senioris venerandi, Dni. Præceptoris, Patroni, ac Promotoris sui ætatem summa observantia colendi.

publicè τὸν συμφιλολογεύνταν collationi fissit

RESPONDENS

M. GEORGIUS MEIER,

Lunæburg. Facult. Philosoph. Adjunctus.

In Auditorio Majori

Ad diem 20. Martii. A.C. 1662.

T 154

EDITIO TERTIA.

WITTENBERGÆ,

Typeis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ. A. 1702.



Q. B. V. D.

ANTELOQVUM.

Quod Sol mundo, hoc oculus corpori. Sole
extincto perduntur & perturbantur omnia.
ita omisis oculis, pedes fermè & manus sunt
inutiles. Oculus lucerna omnium membro-
rum ornat totum corpus, ait Divus Chrysostomus.
Verè equidem, nec non empbatice. Oculis
spectamus lumen solis & absq. lumine nibil cernere oculis licet.
Omnia lux dtegit, è tenebris cuncta protrahit, ornatum rebus
singulis restituit, se tamen ipsam involuisse magis ac ferè subau-
xisse videtur. Miranda hac est lucis natura, quam medio etiam
die aspectantes, his in terris nunquam perspicimus. Sed quid hoc
novi? Sic per naturam sumus compositi, ut maximè miranda, se
oculis quotidie sint obvia, facilimè nos transcant. Contra mi-
nimarum quog. rerum, si quid habeant insoliti, attrahat curia.
Sol spectantem nisi cum desicit, babet neminem, dicente Seneca.
Lunam quis observat, nisi laborantem? Communis hac est o-
mnium oscitantia, qua quis semet austi excipere? sed vincen-
dus nonnunquam est anima & somno excitandus. Agite igitur
celi tuebimur decus, Solsque ac Lune lucem emissiti lustra-
bimus oculis, que de LUCE, ut vocant, PRIMIGENIA cognoscit ex
divina revelatione dantur, sub disputationis incudem revoca-
turi. Neque fortean otiosa hac est materia, aut saltim curiosa,
ut jejunè nimis iudicat Musculus. Commendat eam nobis ipse
Deus gloriosus & ut bonam deprendat. De bonis autem qui
est sollicitus, non est otiosus. Tu ergo, bone IESU, lux mundi
unica, tuam quecumque emitte lucem & veritatem, ut oculi no-
stri illuminati, mens nostra gratie radiis illustrata, in tua luce
videant lucem. Fiat! fiat!

A 2

THE.



THESES I.

PHYSICUS, quā talis, uti de Luce Primigenia ex natura nihil novit: ita etiam de eādem disputare nequit; si autem Physicæ eam inserit, *μεταβασιν* eis *ἄλλο γέρο* non effugit.

Expositio.

§. I. Vexata est inter Theologos de genuino Philosophiae in Theologia usū controversia. Medium circa eam qui tenent invenies paucos, extrema qui seellantur, plurimos. Excedunt i. CALVINIANI, qui Philosophiam si non Theologiæ præferunt, certe ad latus ei collocant. Sic Goclenius parte i. Miscell. in præf. commonef. fidem, ait, à ratione stabilin. Barth. Keckermannus lib. i. Sylf. Theol. cap. 4. p. 57. Deus, inquit, lucem Spiritus S. sui per duas illas planè divinas disciplinas, Metaphysicam & Logicam, in mentibus hominum vult accendere. Quæ hac de re sit sententia aliorum ex Vorstio disp. 15. Anti-Pap. Petro Martyre sup. lib. Reg. Zwinglio in colloq. Marp. Philippo Mornæo lib. de verit. Relig. Christ. c. 5. Vedelio in Rationali, alisque satis apparet. De Scaligero etiam satis est notum, quod suas, quas scripsit, Exercitationes Biblia appellatæ nihil sit veritus. Calvinianis 2. succenturantur PHOTINIANI, Philosophiam exhibere regulam, normam ac principium dogmatum fidei, ac mysteriorum afferentes. Nihil credi potest, impia vox est Schligingii disp. de Trin. contra B. Meissnerum p. 125. quod à ratione capi & intelligi nequeat. Et Socinus: nullo modo dicit, verum esse potest, cui mtio, sensuque communis repugnat de autorit. Script. p. 24. Confer Ostorodum in Instit. p. 24. Catechesis Raccoviens. Smalziua in præfat. contra Franziūm. Non longè ab his recedunt 3. PONTIFICII. Videatur Bellarminus lib. 2. de justit. c. 7. & lib. 3. de Euchar. c. 22. Petrus Asoto assert. Cathol. fidei p. 84. Dionysius Petavius proleg. de dogmat. Theol. c. 3. alii. Deficiunt contra, qui partim cum Hoffmannianis, Cramero, Schillingio, Slutero Philosophiam contrariati statuunt Theologiæ, quam sententiam quoque incurrunt Paulus Slevogt in pervigilio de dissidio Theologi & Philosophi: partim cum Gvilielmo Amesio Th. D. in disputatione Theologica Anno 1632, Lugduni edita, & Anno 1640. Hannoviæ recens. Mc-

sā, Metaphysicam vanitatis, impietatis, & nescio quorum criminum insinulant. Si de hac, inquit Amesius, *Theologia* (Metaphysica) judicium ferendum sit, prout ab Aristotele, *Metaphysicorum Papa docetur, impietatis criminis subduci nullo modo potest, quia rerum humanarum & providentiam & scientiam iu. Met. Deo auferens, & necessitatem naturalem in agendo & volendo ei tribuens, fundatum religionis penitus avertit.*

§. 2. Tot & tanti sunt, verum qui Philosophiæ usum in abuse sum abripiunt pessimum. Sed

Ufus habet laudem, crimen abusus habet.

Missis itaque exorbitantium secentiis & ad viros longè clarissimos, à quibus illorum *Φλωείας* jam satis est factum, legentibus remissis, de medio saltim circa præsentem materiam tenendo paucaprælibasse juvat. Videatur interim Philosophia sobria Meisteri parte 1. Gener, de usu Phil. in Theol. B. D. Jac. Martini de principio fidei, & in Rationali. Magnificus D. Jacobus Wellerus parte 1. Anatomiae Massonii disp. 4. Plur. Rev. Da, D. Abraham Calovius, Præceptor meus æternum deverandus Tom. 1. Syst. Theol. proleg. de natura Theol. q. 14. pag. 67. & cap. 3. de Revel. divina sect. 2. q. 6. p. 38. Ebilius in disp. de veritate primæ Philosophiæ. Sed redi eo ad viam medianam. Scilicet extra dubitationis aicam, ipso etiam Amesio contra semetipsum l. c. b. 7. §. 4. non diffidente, duco possum, rationem, & quæ ei superstructa est, Philosophiam, ad intelligendam Scripturam S. & res Theologicas quoque recte tradendas non utilem tantum, sed & propemodum esse necessariam. Nam præterquam quod illa recte loquendi & argumentandi præbet instrumenta, tales simul tradit terminos, regulas & axiomata suppeditat generalia, quorum sicuti in omnibus aliis disciplinis, ita & cum primis in Theologia uetus longè est maximus. Supponit enim Theologus solidam terminorum transcendentalium, ut sunt substantia, persona, suppositum, subsistentia, communicatio, causa, necessitas, distinctio realis, modalis, accidentis, relatio &c. cognitionem, supponit inquam, & ob Scriptura explicationem, & multarum controversiarum decisionem. Mediantem enim Philosophia Theologus ad sequentes, quæ hinc inde reciprocantur, controversias, v. g. An personæ divinitatis in creatione ac regeneratione sint tres cause sociale? An propria divina possint Christo homini communi-

municari? an Deus sit causa peccati per accidens? imo ad infinitas alias non male dabit responsum. Applicari igitur termini Philosophici, & axiomata ejus generalia ad res sacras possunt, modo cautè, prudenter ac debito & competenti modo, non Calviniano & Scholasticorum morè istud fiat. Nam 1. non in materialitate ac impuritate sua, sed in justa formalitate & universalitate axiomata istiusmodi ad res divinas veniunt applicanda. 2. Usus illorum esse saltim debet ministerialis, non vero magisterialis aut normalis. 3. Sequantur, non praecedant probationes Theologicas, uti de his prolixius alibi disputavimus. Benè hanc in rem B. D. Chemnitius in L. de Deo, q. 6. p. 21. Non initium faciendum est à naturali notitia. Sed 1. mens confirmanda est ex verbo Dei & illustribus testimonii, in quibus se Deus generi humano peculiariter patefecit. Postea utiliter potest addi consideratio Philosophicarum demonstrationum, 2. Noticia naturalis debet subordinari divine revelationi in verbo, ita, ut siue dissentiat vel pugnet, cedat naturalis divine. Quæ etiam in ipsis, in quibus consentiunt, robur & certitudinem addit naturali.

§. 3. Hæc vero dum brevibus, datâ in presenti theorematem, ansâ de vero Philosophiam ad res sacras applicandi modo disputamus, non ipsas statim res in Scriptura S. traditas, quatenus revelata sunt, à quolibet profligâ doceri ac proponi posse adserimus. Nam sicuti duo hominibus à DEO libri sunt aperti, alter Naturæ, alter vero Scripturæ: ita utrique etiam idem tanquam justissimus arbitratur quod est suum. Distincta Hic voluit omnia, non permixta aut confusa. Distincta (a) ratione Objecti. Hinc in Naturæ libro res exhibuit naturales, ad quas cognoscibile spectat Philosophicum; in Scripturæ autem libro res proposuit Theologicas & supernaturales. (B) Ratione principii. Res enim naturales pro principio agnoscunt lumen rationis: supernaturales vero & quæ ex Naturæ libro non constant, lumen revelationis. (γ) Ratione finis ultimati. Res Naturales adeoque & Philosophicae ad suum tendant finem; qui est Summum Bonum naturale & Philosophicum, nec non temporarium: res divinae autem & supernaturales pro fine habent ultimo Summum Bonum Theologicum, quod perpetuum est & aeternum. (δ) Ratione effectus. Res enim naturales vel scientiam, vel probabilem opinionem; supernaturales vero & divinitus revelatae fidem gignunt. Quibusstantibus, Philosophus quantum talis,

ralis, cum pro repræsentativo Scibilis sui fundamento solam & unicam habeat naturam, res Theologicas, quatenus sunt ex revelatione, solo Philosophico habitu assequi nequaquam potest. Nam sicut Politica non res docet Mathematicas, nec Mathesis, etiam exquisitissima, qvicquam tradit de politici: Sicut item habitu Physicæ non intelliguntur moralia, nec habitu Ethices Physica: simili planè modo Philosophia, ut ut ipsa quoque præclarum DEI donum sit, nec minus quam Theologia à DEO, honorum omnium auctore & datore profecta, de rebus Theologicis, qva talibus, nihil vel intelligit vel docet. Qvando verò de rebus supernaturalibus vel naturalibus etiam, sed ut divinitus revelatae sunt, tradit vel proponeit qvippam, runc terminos disciplinæ sua egreditur, & aliud habitum, Theologicum seil. induit. Qvod autem de Philosophia dixi, idem etiam de Philosopho, qvà tali, asserendum, cum conjugata sint conjugatorum consequentia. Esto igitur ex dictis nostrorum *uvnuev&rov*: *Philosophus, ut talis, dogmata Philosophica & naturalia qvà talia, ex revelatione supernaturali deducere, ac probare nec potest, nec debet.*

§. 4. De Philosopho autem in genere qvod fuit monitum, de Physico, ob præsentem, qvam tractamus, materiam fusiū pau-
lò est deducendum. *Physicus nempe, ut talis, doctrinam de LUCE PRIMIGENIA naturaliter sibi incognitam, in Physicam, disciplinam naturalem, ex Scriptura S. transferre jure merito non potest, multò minus inde translatam ex revelatione divina deducere, deduclamq; slabiliare ac confirmare.* Probo assertum I. qvia sicut accurata cujusque rei notitia in qualibet disciplina ex propriis hauritur principiis: ita hæc quoque ex proprio ac domestico, non communi atq; extraneo principio debet deduci. Principia enim sunt propria ejus, qvod demonstratur. Rationem eleganter hisce exprimit B. D. J. Martini, *Vit in antiquissima olim nobilissimaque Philosophia versatis-* simus, in instit. Log. lib. 5. de demonstrat. p. 621. debent, inquit, præcepta unius cuiusq; artis esse ἀντίστοιχη τῆς οὐσίας ejusdem: non ἀντίστοιχη diversi generis ac nature. *Ut in Theologia doctrina hominum cum do-*ctrina Sp. S. non est confundenda i. Cor. 2. v. 12. &c. In Physicis non Mathematica, sed Physica principia usurpanda sunt lib. 1. de calo c. 7. textu 16. à Geometria abicit omne ἀγωνιζέντον, à Musica exulet omne οἴκου θεον, Sunt quidem quedam principia communia, tamen quando in Scien-

tiis usurpantur, appropriari subiecto debent, id est, ad illud coarctari, ac
sine principiis, propriis ad demonstrandum non sufficiunt. II. Secus
committitur eis alio yev^o ueritatem. At vero oīx dñi eīz dñs & yev^o
yev^o ueritatem deīzcu, ut habet Aristoteles lib. 2. Post. Anal. c. 7. t. 19.
p. m. 187. id est, ut habet interpretatio laudati B. J. Martini loco lau-
dato c. 7. p. 617. Non licet in demonstrationibus de genere in aliud genus
migrare. At, inquit, Physicus lucem primigeniam demonstrans ex
Scriptura S. non committit eis alio yev^o ueritatem. Committit
maxime. Do demonstrandi. Aristoteles loco citato de ista ueritati
tractans subiicit per to yev^o nihil intelligi aliud, quam subje-
ctum disciplinæ, adeoq; tunc virtuosum istum fieri transitum docet,
quando subiectum unius disciplinae sub propria formalis ratione
consideratum in aliam transcendent disciplinam, sub eadem ista
ratione formalis. Idque ibidem Aristoteles ostendit exemplo con-
clusionis Geometricæ, qua Arithmetica demonstratione sine vitioso
isto transitu confici nequit. Hac Aristoteles Philosophorum co-
typhaeus, cuius testimonium veluti gentilis si nullius forte videtur
ponderis, adducam rursus testimonium Philosophi illius inter
Christianos olim celebratissimi B. D. J. Martini. Ita verò ille
l. c. p. 618. *Tria sunt in demonstratione, affectio, genus, subiectum sive
causone uero*, de quo affectio est demonstranda, & tandem axiomatica,
per qua sit demonstratio. Si igitur hac naib' diu cohærente debent, non
licebit aliis subiecti pri: cipia aut affectiones sūnere pro propriis affectioni-
bus & principiis. Et notandum hoc loco diligenter est, quod ueritatem
eis alio yev^o duplicitate fiat (1) cum solum medium transfertur ad
alicujus Scientia conclusionem integrum demonstrandam, v. g. si de trian-
gulo quis demonstraret tres angulos equalis esse duobus rectis per medium
desumptum ex Arithmetica. (2) Cum & medium & affectio transfertur,
ut si de triangulo demonstrarem affectionem Arithmeticam per medium
Arithmeticum. Nonne autem Physicus, demonstrans lucem pri-
migeniam ex Scriptura, de illa affectionem, quam ipsi adsignat So-
la Scriptura, & per medium, quod itidem est revelatio, demonstrat? Sed fortassis omne trinum perfectum. Adamus itaque simul
autoritatem Viri Plur. Rev. D. Dannhaueri. Hic prolixè & ex
professo de vitioso hocce transitu scriptitans in idea boni disp. sect.
2. cap. 4. art. 1. pag. 319. seq. quatuor ponit istius ueritatem requisita
(a) ut subiectum (nempe Physicum, non Logicum) cui peregrinum

num principium addibetur, planè sit diversum ac oppositum subiecto il-
lius scientie, in quo illud principium est domi, quo pacto diversa sunt nu-
merus & quantitas continua, quorum illa Arithmetica, hæc Geometria
subjicitur. Applicantur ad thesin: Physicus, quæ talis, quando lu-
cem primævam sibi naturaliter incognitam in suam transfert phy-
sicam ejusque & existentiam & essentiam ex solius Sacri Codicis au-
toritate ostendit, anne tale tractat objectum, quod continetur sub
propria objecti Physici formalitate? Minime, aliud enim est corpus
naturaliter cognoscibile: & aliud corpus supernaturaliter cognosc-
ibile. Aliud est cognosci ex solo libro Naturæ: & aliud cognosci
ex solo libro Scriptura. Quæ duo cum sint opposita contradicto-
riæ, de uno eodemque simul affirmari nequaquam valent. Requi-
rit Cl. Danhauerus, (2) ut principium *υετεροεώς* verum sit, non fal-
sum. Fiat ad thesa applicatio. Estne principium Scripturae, nempe
lumen revelationis verum? Verò est verius, quod si negas, Partibus
ac Cretensibus longè eris mendacior. Requirit (γ) ut demonstra-
tionis gratia ejusmodi principia afferantur. At quo alias sine Physi-
cus, ut talis, lucem primigeniam ex Scriptura probare intendit? [?]
Certe ut eam vere dari, & h. c vel isto modo dari aliis demonstreret.
Requirit (δ) ut sit principium. Fiat itidem applicatio. Quero, an
non revelatio supernaturalis principium est peregrinum? Nega si
placeret, & hospes eris in utroque. Concludit Clar. Danhauerus, &
ex collatione principiis talem format *υετεροεώς* vitiosæ definitio-
nem, quod sit talis transitus, in quo quipiam ex principio verissimo qui-
dem, peregrino tamen, demonstrare conatur affectionem de subiecto diver-
so ac opposto. Fiat iterum ad præsens theorema applicatio: Phy-
sicus ut talis, primævæ lucis existentiam & essentiam ex Sacra pro-
bans Scriptura, ex principio omnium verissimo, sed peregrino, de-
monstrat affectionem (ut quod sit materia stellarum, quod prima
die sit creata, quod discriminari at nocte diem) de subiecto (for-
maliter) diverso & opposto. Ergo Physicus ut talis eo ipso vitio-
sum committit de genere in genus transitum. Quam conclusionem
probo III. quia qualia sunt principia probandi, talis quoque emer-
git conclusio. Si principia sunt naturalia & certa, talis etiam inde-
nitur conclusio scientifica; si vero principium sit revelationis su-
pernaturalis, non potest alia inde deduci conclusio, quam quæ sit
supernaturalis revelationis, quæ ideo etiam non in hominis, sed

in solius Dei revelantis autoritatem venit resolvenda. Talis autem conclusio non pertinet ad Physicum, qua talem, sed ad Theologum, qui vi sue vocationis & juxta articulum 14. Augustanae confessionis Scripturam Sacram publicè interpretari & tradere debet.

§. 5. Sed excipienda sunt, quas pars adversa interquer, trahula. Obvertant I. *Hoc modo Physicum Christianum relegari ad tenebras gentilismi, & ex fano reddi male sanum, infelici planè usq[ue] uog. D[icit].* Resp. Bona verba quoq[ue], à statu controversiae aberas, haec si objectas, Non queritur (α) annon Physicus Sacrum legere debeat codicem? Quis te à sacro hoc avocaret studio? Lege, relege, & in suorum & sanguinem, sed ut decet, verte. Neque (β) queritur, an lecta in Sacro codice Physicus ad suum scopum aliquo modo possit applicare & veritatem cum veritate conferre. Cum enim Deus sibi non contradicat, hinc & Physica Scripturæ non debet opponi, sed subordinari, ut inde ea, quæ sunt naturalia, & quæ sunt supernaturalia, possis distinguere. Neque (γ) de Physico Christiano nobis est sermo, sed (δ) de Physico ut tali. Sed quis, inquires, mihi dabit Physicum ut sic, vel Physicum ut talem? Dabo non quidem corporis, sed mentis oculis conspiciendum. Notum nempe est, duos dari Physicos, gentilem alterum, alterum Christianum. Uterque salutatur Physicus. Ergo dabitur, in quo convenient, & quidem ratione formæ denominantis, quæ est Physica, id est, Scientia corporis naturalis, quæ talis. Abstrah ergo non re, sed mente, non negativè, sed præcisivè.

Abstrahē sic, Physicus si cupis esse bonus.

Sed quid multis? Esto argumentum: *Physicus lucem primigeniam, probans ex Scriptura Sacra, aut probat eam ut Philosophus: aut ut Theologus.* Non certè ut Philosophus, quia hic ut talis, de luce primigenia ex sola rationis lumine nihil quicquam novit. E. ut Theologus, quod est contra Philosophi, quæ talis, officium. Sed opponitur 2. Scripturam Sacram esse librum, non disciplinam. Resp. I. Liber est & quidem omnibus communis, sed quo modo? numquid ut ex libro Scripturæ probentur humana quæ talia? non hic profecto libri illius est finis, sed semper salus hominis per notitiam Dei acquirendā. Joh. 20. v. 31. Sacra literæ possunt nos σωθεῖν εἰς τον οὐρανόν 2. Tim. 3. v. 15. efficiunt ut Lucifer oriatur in cordibus nostris 2. Pet. 1. v. 19. 20. nos ædificant Rom. 4. v. 23. ut discamus Dei leges Ezech.

43. v. II.

43. v. II. Scrutari has tenemur *yegðæs* Joh. 5. v. 39. sed quid in illis? I. Christum, ut salutis causam & Dei Filium. Isa. 53. Joh. 17. v. 3. Philip. 3. v. 10. II. Studium piae vitæ, Ps. 119. per totum. III. Patientiam, spem, consolationem &c. Rom. 15. v. 3. II. Habet sacer illi liber proprium objectum, non secus ac liber Naturæ proprium itidem habet principium, nec non finem maximè proprium. Quæ omnia Phisicus quæ talis, lucem primævam demonstrans ex Scriptura, aut facit communia, quod sit pessimè, aut vitiosum committit transitum, quod ex hac tenuis disputatis est manifestum. Et 3, quo tandem jure id quod plane autoritatis est divinæ, inauspicata istac *metamorphosis* in autoritatem transmutatur Philosophicam & humanam? Objici posset 3. *Quodcunq; est corpus naturale, de eo rēdē agit Physicus.*

Lux primigenia est corpus naturale. E.

Resp. Limitanda est Major hunc in modum: *Quodcunque est corpus naturale, de eo agit Physicus, quatenus nempe illud ex lumine rationis, & principiis Physicis cognosci ac probari potest. Secus datur instantia potest de homine naturaliter corrupto per peccatum, naturaliter inquam, non essentialiter. De tali homine, cum post lapsum alius, qui merus homo est, non detur, itidem tractare deberet Physicus. Sed quia status peccati Physico qua tali, est ignotus, hinc non de homine naturali corrupto, sed tantum de homine, quatenus corpus naturale habet, præcipit, cæteris ad Theologum remissis. Dicis: Corruptione ista spectat ad mores. Esto manet data instantia, qua hoc pacto saltum ab Ethico desumpta ita inferenda: Ethicus, quæ talis, agit de virtutis moralibus, ergone etiam tractat de illis, quatenus ex Scriptura hominem & originali viuo infectum, & actuali deditum addiscimus. Negabit Ethicus, ut est Philosophus Practicus, & recte. Sed hæc de præsenti Theoremate rudi minerva differuisse hac vice sufficiant. Sit igitur*

THESES II.

Lux PRIMIGENIA erat corpus simplex, lucidum & luminosum, primo mundi die a Deo, post indigestam cœli terræq; molem immediate ex nihilo productum, ut diem ac noctem discriminaret, potentiam diaphanum opacum & tenebras actu illuminaret, & stellarum materia existeret.

Ergo

Exegesis.

§. i. Nominis est præmittenda evolutio, quia illò non probè cognito, vix ac ne vix quidem rei illucescit dignitas. Notetur ergo circa Onomatologiam i. *Etymologia*. Lux PRIMIGENIA vox est complexa. Lux non dicitur à græco φλόξ, flamma, neque comodè derivatur vel ex λευκή, quod lux alba sit, vel ex λέω solvo, quod solvat ac discutiat aëris crassitatem; sed potius vel à λόξ, quæ vox attestante Scaligero de subtilitate, exere. i. n. i. notat vim, quæ est in corpore lucido: vel à λύκη, quod vocabulum summum mane seu diluculum significat, & dicitur lux prima, quia Solis præcedit ortum. Triplex autem datus tempus matutinum, aliud vocatur sumnum mane, item crepusculum matutinum, Græcis ἡφέθηρος, item Λυκόφως dictum, estque pars adhuc nocti multa permixta, & omnino debilis: aliud appellatur diluculum, vel aurora, Græcis ῥότης, item ἡφέθηρος simpliciter, nec non ἀναγν., que tenebris jam depulsis & luce, vicissim ipsa cum die illucescit: aliud est mane proprie sic dictum, quando cum elevatione & ortu Solis conjungitur, & cum justa Persum satyr. 3.

— — — jam clarum mane fenestras
intrat

PRIMIGENIA salutatur, vel, quod sit primum quasi lucis genus ex alio non habens originem, sed lucem aliis luminaribus communicans, sicut & semina primigenia appellantur, quæ ipsa dedit natura, inde etiam stellarum genitrix dici potest: vel, quod in oppositione ad lucem accidentalem à Deo O. M. primum velut genitum & producta. II. *Homonymia*. LUX accipitur (a) *Philologicè*, & sic iterum partim effectivè, pro ipso die. Ita A. Gellius lib. i. c. 29. saepius alba luce, id est, die proficiuntur. Et Cicero pro Milone: Cenescimus, ait, hac lux est ab interitu Clodii: partim significative, pro vita, Sic dicimus frui usura lucis. Quæ acceptio etiam reperitur Jobi 3. v. 20. Unde phrasis Scripturæ, videre lucem, est vivere & nasci vivum. Job. 3. v. 16. Confer Ps. § 6. v. 14. partim blanditiae, quo sensu Comicus ait: Mea lux, meum corculum. (b) *Physicè*, & sic iterum accipi solet tum qualificativè, prout dicitur qualitas corporis lucidi: tum substantivè, pro substantia luminosa, qualis etiam à nonnullis Physicis vocatur lux primigenia, de qua in præsenti tractamus, nonad Physicum, sed ad Theologum ejus tractationem referentes. Unde

de (γ) vox Lucis accipitur *Theologicè*, & quidem vel in sensu proprio, pro accidente seu qualitate corporis lucidi, ut Eccles. II. v. 7. Dulcis est lux, & in pluribus locis alius: vel in sensu figurato, quatenus respicit I. DEI στοιχία. Sic ille appellatur lux I. Joh. I. v. 5. quo ipso maiestas, sanctitas, perfectio & beatitudo ejus notatur. Sic Paulus I. Tim. 6. v. 16. Deum dicit inhabitare Θεός απόστολος, lucem inaccessibilem, id est in ea gloria, maiestate ac felicitate agere, quam nulla creatura vel habere, vel comprehendere potest. Et Jacobus c. I. v. 17. Deum vocat Patrem luminum. Imò ipse Christus in specie vocatur lux, non ratione essentiae solum divina & personæ à Patre distinctæ, sed ratione officii, beneficiorum & operationum. Esaïæ 9. v. 2. c. 42. v. 6. Matt. 4. v. 16. Luc. 2. v. 32. Joh. I. v. 4. & pasim in Sacra pagina. Vide B. D. Glassium in Phil. Sacr. Rhet. S. tract. 1. c. 8. p. 1172. & c. 10. p. 1213. 2. DEI ἐρέψεια & operationem tum in spiritualibus, ut cum Psalmis ait, Dominus est lux mea, id est talis, qui veram gratiam & salutis lucem praefat Ps. 27. v. 1. Et hoc modo variè iterum usurpatum, mox enim notat gratiam & benevolentiam DEI Ps. 80. v. 4. Prov. 16. v. 15. mox mysterium salutis seu doctrinæ cœlestis patefactionem Ps. 43. v. 3. Ps. 67. v. 2 mox aeternam glorificationem Esa. 60. v. 19. 20. Confer B. D. J. Martini in parte post. disp. Theol. Schol. contra Beccanum disp. 6. & D. Joh. Botacci moralia sub tit. Lumen p. 554. tum in corporalibus. Sic nomine lucis venit metonymice, per metonymiam signi, vita, quo de suprà, per metonymiam subjecti vel sol, Jobi 31. v. 26. cap. 37. v. 20. Habac. 3. v. 4. Unde & Apollo Orus seu Horus dicitur: vel ignis, quia hinc unam cum calore praebet lucem Marti 14. v. 54. Synecdochice lux sumitur pro luce matutina seu diluculo vel mane. Nhem. 8. v. 4. metaphorice, pro latitia & omnis generis bonis, uti Esa. 60. v. 1. prov. 16. v. 15. Hic loci à nobis sumitur metonymice, quatenus per metonymiam subjecti pro adjuncto notat lucem primigeniam, quæ est secundum primæ diei Γαυματέγνωμα. Gen. I. v. 3. Ela. 45. v. 7. 2. Cor. 4. v. 6. III. Synonymia. Ebrais dicitur נַחַר Radice נַחַר luxit, illuxit sicut aurora, cuius variam in Scripturis acceptiōem ex parte vidimus. Confer Hottingerum, in examine operum diei primi q. 38. p. 57. Malè autem hæc vox à Zanchio lib. I. de operibus sex dietur c. 2. d. 10. vertitur per τὸ λάτερον, cum ipse nullatenus etyma hujus inveniat rationem. Quid? quod contradic̄tio sit in adjecto, lucem dicere à latendo, observante B.

D.J.Mat.

D. J. Martini loco adducto. *Græcis lux primæva dicitur πρωτην-*
δέσμη, item Φῶς πρωτόπονον, δέξερον. Latini appellant lucem sub-
stantiam, lucem corporalem & sensibilem, lucem primævam, quod
in primo statim aeo fuerit condita; lucem stellarum &c.

¶ 2. *Pymatologiam aggredimur, circa quam notandus L.*
Conceptus genericus, qui est corpus simplex lucidum. Corpus est, quia
est substantia materiæ & formæ constans, quod in Hexaëmero satis
dilucide ostendit Sanctus historicus Moses Genes. 1. v. 3. וְאֵת כָּל־יְמִינֵךְ אָמַר יְהוָה אֶת־אֹור וְיְחִידָה אֲמַרְתִּי
In quibus verbis expressè innuitur 1. quod lux primigenia sit terminus creationis immediatè Deum
agnoscens Creatorem. Quicquid autem ita se habet, non certè ac-
cidens, sed substantia est, ut rectè disputant Physici. Quod 2. in-
nuit verbum, quo utitur Moses, בְּנֵי מִצְרָיִם exiit, quod emphaticum,
planè est, notaas existentias εἰπόσιν, uti Exod. 3. v. 14. ubi de Dei
essentia usurpat. Imò ut annotat loco citato B. D. Martini vo-
cabulum בְּנֵי מִצְרָיִם est leolu retrogradum, quia existentia debet sibi es-
se similis. 3. quia inter prima diei יְמִינָתְךָ recensetur, qua-
lia non accidentia, sed substantia sunt, cum hæ propriæ dicantur
creari, id quod ex toto hexaëmero videre est. 4. qvia idem innuit
massa informis ex terra & aqua constantis analogia. Ut enim
massa illa terram postea dedit & aquam: ita lux primigenia dedit
luminaria quarto postmodum die firmamento affixa. 5. qvia ipsi
tenebris opponitur & dierum ac noctium vicisitudinei cum iis con-
stituuntur dicitur, ex quo non immerito contigit B. D. David Run-
gius in comment. in cap. 1. Genes. p. 14. simplicissimum & textui
accommodatisimum esse, lucem hanc intelligere de luce corporali.
Substantia ergo fuit, non incorporea, sed corporea, qvia, 6. non rectè
corporis ei adscribuntur affectiones, ut est (1) Quantitas, qva ma-
teriam insequitur. Erat nempe lux primigenia non tantum exten-
sa, & in stellas, ut patet infrā, est distributa, sed & ipsa stellarum
materiam redditque quantum. (2) Mobilitas. Quicquid vero est mo-
bilis, illud non nuda debet esse qualitas, sed res, que possit motum
recipere. Et licet modum hujus mobilitatis exprimere non pos-
simus, de quo variae auctorū occurruint sententiae, tamen inde non
statim ipse lucis primævæ motus venit negandus. Nisi enim cor-
pori luminoso tribuamus motum, necesse est lumen per totam il-
lam molem simul undique emeruisse, nec non deinceps evanuisse

sc

se in nihilum, ut matutini & vespertini temporis termini, hisque interposta nox haberi possit. Ut raseam sequi alias, longe aliam suis diluculi, crepusculi diei noctisque rationem, quam nunc est, necessariò die quarto, quo sol est ortus in altero hemisphario geminam diem, in altero duplicata noctem consecisset. Unde iure reci-
jicimus Damasceni lib. 2. & Basili homilia 2. Hexæm. sententiam de emissione & contractione Dei iussu factam, quo de iofrè pluribus. Placet interim de motu hujus lucis sententia B. Megalandri Lutheri, qui lucem illam veram fusile lucem statuit, quæ motu suo circumferretur sic, ut Solis lumen circumferatur. 3. *Localitas*. Divi-
sit quippe Deus lucem hanc à tenebris, ut suum replete spaciū,
cui etiam fuit æqualis. 4. *Temporalitas*. Quod enim in primævæ
lucis creatione adfuit tempus, disertè itidem Sanctus testatur Hi-
storicus Moses, quando subiungit, Cosmoplasten Deum non lu-
cem hanc tantum appellatissim diem, sed iussisse etiam eandem sua
præsentia diem, absentia vero noctem efficeret. Ubi autem dies,
ibi etiam est tempus, cuius dies est pars. Sed quid ergo, inquies, o-
pus erat create Solem, si lux primæva efficeret potuit diem? Avd̄s ēp̄d̄.
Deus dixit, cui ita complacuit. Cetera suo loco adjiciemus, sit
jam ex dictis argumentum:

*Quicquid quantum, physicè mobile, locale & temporale est,
illud corpus sit neceſſum est.*

Atqui lux primigenia ita se habet: Ergo est corpus.

Porro à nobis dicitur Corpus SIMPLEX, non tr̄fēsū Metaphysico,
& in genere entium, ac si omnem omnino neget materiam; sed in-
fēsū Physico, & in genere corporum, prout materiam admittit sim-
plicem, sed negat mixtam, quæ partim ex elementis, partim ex prin-
cipiis chymicis est composta. Unde & ingenerabilis dici potest,
& incorruptibilis. Non ergo ex adductis infertur: Si lux primige-
nia est simplex. Ergo est essentia Spiritualis. Nam etiam illam
dicamus omnia reliqua corpora naturalia simplicitate antecede-
re, adeoque corpus esse simplicissimum, cum sine dubio etiam in
corporibus simplicitatis admittendi sint gradus, non secus, atque in
spiritibus, nondum rāmen illa erit Spiritus, quia simplex appellatur,
non in genere omnis entis, sed corporum solummodo naturalium;
unde etiam non Spiritus, sed corpus simplex salutatur. Tandem
corpus dicitur LUCIDUM & luminosum, quia lumen de se
par-

Spargit & illuminat. Est enim lumen lucidi corporis effectum, imago seu species in perspicuo corpore à luce & radiis emanans inque latum diffusa. II. *Conceptus differentialis* exhibet (α) *Causam efficientem*, qua est Deus glorus, Hic dixit: Fiat lux, & facta est lux וְאָמַרְתָּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל inquit Moses. Ubi per illud dixit nos tantum notatum verbum mandati, sed & hypostaticum. Quia enim Deus non mandat, aut operatur nisi per λόγον Τοῦτο μὲν, per quem πάντα ἐγένετο, καὶ χρήσις αὐτὸς ἐγένετο ὁ Θεός εἰ. ὁ γέγονεν Joh. I. v. 3. idcirco verbum DIXIT, hic loci, ubi de rerum agitur creatione, ita venit intelligendum, ut tunc verbum, quo DEUS Pater dixit, indigetur, verbum nempe illud Τοῦτο μὲν, per quod & loquitur & operatur Pater & sine quo nec loquitur, nec operatur; tum Verbum quod dixit vel locutus est, λόγος scil. ωργανωτός, verbum mandati, jussus & nutus divinus, ut cum nos loquimur verbum externum oris, illud non est sine verbo interno mentis. Unde si plene illud explicandum sit, (verba refero Plur. Rev. Dn. D. Calovii in dictato in Genesim commentario ad hunc locum) quidnam sit τὸ Homo dicit vel loquitur, dicere, hoc non sit, quod homo lingua former articulatum vocem, sed quod homo verbum mentis, quod animo concipit, externa voce proloquatur & effusat. Neq; tamen ideo ejusdem vocis gemina significatio insertur, sed verbum internum externo declaratur: Ita cum Deus dixit: fiat lux, et si non verbum mandati tantum, sed etiam verbum illud hypostaticum, Filius Dei, intelligatur, manet una vocis significatio, que plenè ita explicatur, quod DEUS per verbum τὸ aeternum & consubstantiale Filium suum mandarit, ut lux fieret, quia hypostaticum illud verbum dicendo manifestatur, quod nempe Pater sit dicens, à quo procedit, vel oritur verbum Τοῦτο μὲν, Filius sit verbum, quod à Patre ab aeterno procedit, per quod loquendo, mandando & creando, quia dicere Dei est facere, ab ipso producta sunt omnia. Et hanc explicationem ut genuinam loca testantur in Scripturis parallela Ps. 33. v. 6. Joh. I. v. 2. 3. Prov. 8. v. 23. 32. Quæras ulterius, quomodo ex illo ΖΕΝΙ probari possit verbum hypostaticum? Resp. non ex obiecto, id enim fuit illud, quod dicitur: crea-um; neque ex actu vel ipso mandati verbo, id enim suo modo fuit ωργονομία, & liberum; sed ut bene in hunc locum monet Dn. D. Augustus Varenius in decad. Mos. p. 41. ex propositionis, Dixit Elobim, subiecto & praedicti connorato. Confer Esa. 45. v. 7. ubi Deus semetipsum lucis hujus formatorē appellat. (β) Notamus ex descriptione tempore via

ris determinationem. Qvo nimurum die lux primigenia fuerit creata, non
Natura, sed Scriptura docet sola. Hæc docet primo statim mundi die
post rudem ac indigestam cœli terræq; molem substantiam illam lumi-
nosam à Deo fuisse productam. Verba Mosaica sic habent versu 1. In
principio creavit Deus cœlum & terram, v. 2. dixitq; Deus: Fiat lux, &
facta est lux, v. 4. Et vidit Deus lucem, qvod esset bona, & divisit lucem
à tenebris v. 4. Appellavitq; lucem, diem, & tenebras noctem: factumq;
est vesper & mane dies unus. Dies dicitur factus, unus, id est primus,
phras Ebræa, qva cardinalis ponitur pro ordinali, per enallagen, qva-
lis in Scriptura non est infreqvens. Confer Gen. 8. v. 5. 2. Paral. 29. v. 17.
Matt. 28. p. 1. Qvamvis etiam alii cum Ambrosio unam diem h. l. dicū
velint, qvæsi unius diei tempus, qvod prima hæc dies omnium dierum,
mensura fuerit generalis. Qværi hic posset, qvare Deus lucem primo
statim die condiderit? Resp. Thomas parte 1. q. 67. art. 4. (1) qvia lux est
qualitas primi corporis. Sed hæc ratio est nulla. Lux enim, qva de nobis
est sermo, erat substantialis. (2) qvia per lucem omnia manifestantur. (3)
qvia dies sine luce esse non potest. Sed hæc & aliæ, qvas habet, rationes
sunt probabiles. Sufficiat nobis, ordine ita Deum pro sua omnisapien-
tia omnia disposuisse. (y) Differentia exhibet productionis modū & ratio-
nem, in verbi immediatè & ex nibilo. Sicut enim Deus rerum omnium
opifex ipsam rudem ac indigestam molem non ex præexistente mate-
ria, sed ex nihilo creavit: ita etiam solo omnipotenti suo verbo & ex ni-
hilo lucidam massam produxit. Solo verbo τὸν ejus absoluta est crea-
tio. Cui non contrariatus Apostolus 2. Cor. 4. v. 6. ubi scribit ἐγὼ εἰπών
ἐκ οὐτερού Φῶς λαμψαί. Nam ibi particula ē non materialiter debet
intelligi, ut voluit Zanchius part. 2. lib. 1. cap. 2. qvæsi ex tenebris tan-
quam materia,creata fuisset lux, sed terminativè, qvod terminus sit con-
trarius & à qvo. Tenebrae ergo illæ non erant materia lucis ex qva, sed
saltim terminus à qvo. Qvare etiam per nihilum, ex qvo lucem primi-
vam dicimus productam, non privativum, sed negativum intelligimus,
licet distinguendum porrò sit inter tenebras ante creatum chaos: &
post illud. Hæc, qvas perenni noctium redintegratione experimur, sunt
qvædem aliquid privativi, illæ vero, qua mundum conditum præcessere,
nihil erant negativum. Consentit hic B. D. Chemnitius I. de Crea-
tione c. 5. p. 112. in hæc quando erumpit verba: dixit Deus (fiat lux.) Et
qvia Paulus 2. Cor. 4. v. 6. inquit: Deus jussit ex tenebris lucem splendescere, id
est, cum essent tenebrae, Deo dicente vel jubente subito exsistit lux, ideo videtur

lux quoq; immediatè ex nihilo creata esse. (d) Differentia listi effectum & finem. Hic itidem varius est i. diem determinare à nocte. Eleganter hoc luceis primævæ officiū hīcē descripsit Tom. 3. Syst. Théol. art. 5. cap. 2. p. 938. Ex. D. Calovius: *Ante creationem Solis, discriminem dierum ac noctium factum est, non per emissionem & contractionem radiorum, quæ Basili & Damasceni est sententia (quos etiam sequitur Thomas parte I. Summa Théol. q. 6. art. 4. p. m. 126) sed per motum luminis corporis lucis primigenie, quod ita circa rudem mollem motum, ut accessu suo diem, recessu vero noctem induxit.* Et 24. horarum spacio ad eundem terminum redierunt. Unde primus dies naturalis factus tenebris per horis 12. durantibus ante lucem conditam, quæ pri manox fuit. Ubi vero lux à Deo creatur, mane primum exortum. Et per reliquias spaciū voxque 18 horas diffusa luce ac motu, neg. dum absolvit cursu tenebre redirent, dies prima constituta est. Altera hoc lucis primævæ officium explicat Cornelius à Lapide in comm. in cap. 1. Gen. p. 40. quando adstruit lucidum hoc corpus primo mundi triduo, scil. antequam quarto die crearetur sol, ab Angelo motum fuisse ex Oriente in occidentem, atq; eodem modo & tempore, quo Sol scil. viginti quatuor horis utrumq; celi hemispherium circumgryffe & illuminasse. Sed quærimus nos, unde novit Cornelius à Lapide. Angelorum id fuisse officiū? Sanè neq; exscriptura neq; ex Natura quibus tacentibus, frustra garris de tali Angelorum officio Cornelius. Et quomodo primum illud corpus lucidum non posuit vi propriæ naturæ ac virtute intrinsecā moveri, cum Sol & reliqua stellæ hodie ita moveantur, neq; ulla motore extrinseco indigeant? Sacras si inspicimus pandectas, illas motum corporū cœlestium ad Deum ejusq; ordinationem referre deprehendimus. Ille diluculo præcipit & Luciferum in tempore producit, ac vesperum surgere facit, ut habeatur Jobi. 8. v. 12. Nullius hic sit motoris Angeli mentio. Habuit igitur lux illa procul dubio eundem motum circularem, circa rudem illam massam, quia fuit vice Solis, quem hodie Sol cursu suo observat. Notanda hic sententia B. Sperlingius verba, in instit. Phys. lib. 3. c. 4. p. m. 332. *Lux primæva dabit diem primum, secundum, tertium. At quarto demum formabantur luminaria in expansione cali, que perfectiori longè præstabant modo, quod imperfectiori ante præstiterat lux.* Ex quo facile conciliamus locum Siracidis c. 43. v. 2. quo Sol exoriens diem denunciare dicitur, & Gen. i. v. 16, 18. de Sole & luna dicitur, quod dividere debeant lucem & tenebras. Non enim hic dicendum cum Eugubino, Catharino & Perazio primo statim die Solem fuisse conditū, quarto autem demum plena

na

na virtute instructum. Sed distingvendum hic est (1.) inter extraordinariam lucis productionem : & inter ordinariam causam organicam ejusdem lucis constitutionem. Deus primo statim die lucem à tenebris, ut post quæ initio erant confusa, ab invicem distinxit, illamq; lucem miraculose existere fecit, ut per triduum illud luceret: quarto autem die causam & vehiculum lucis condidit ordinarium, duo nempe magna. *Phi*losophia, non tantum ut dierum ac noctium successionem efficerent ordinarię, sed sua etiam præfectara ipsis præfessent. Gen. i. v. 16 (2.) inter causam diei primam : & subordinatam, *Illa* est rerum omnium Conditor Deus, à quo in principio omnes res immediate sunt productæ, sine coëfficientis operatione , aut aliquo ad naturales earum causas habito respectu. Hic ergo primum, secundum ac tertium diem constituit, ita tamen ut pro liberima sua voluntate ad id extraordinarię adhibuerit lucem *de cœlo*, quam ejus gratia à condita mole universalis statim creaverat: Hec autem (subordinata) Sol erat & hodieum existit, qui ordinarię diem castratur, ordinarię inquam, quia Conditori si placaret, adhuc sine sole diem efficere facili negotio posset. 3. Inter tempus creationis coepit: & gubernationis continuatæ. Non in primo statim creationis tempore sol dici fuit causa, sed in mundi gubernatione. Confer B. Dr. D. Michaelem Waltherum in Harm. Bibl. p. 16. *Nunc non potest lux illa hoc præstare* ait Megalander B. Luther. quia jam non habetur ad esse, sed & rō bene esse. Et in Tom. 10. Witreb. Germ. sup. Gen. Ich halte es dafür daß dieses Licht beweglich gewesen/also/ das es einen natürlichen Tag von Auffgang bis zum Niedergang gemacht habe. Neq; forsitan lux illa ab effectione diei hodie proflus venit excludenda, licet Sol diem efficiat, quia Sol lucet, sed lucis primævæ beneficio. 2. Alter lucis prima effectus est potentia diaphanum opacum & tenebras actu illuminare. Sicuti enim Sol hodie sua præsens per lucē dispellit tenebras, & diem facit artificalem: ita & ante solem conditum lux se habuit primæva. Illuminatio autem hec facta est non immediate, sed mediante luce accidentalī & luminibus abiinde sparsis & expressis. Neq; verò putandum est, quod lux omnino planè tollat tenebras, aut tenebrae tollant lucem, sed accessu saltem suo locum hanc relinqvēre, vel alienum occupare cogit. Hinc est quod Sole nostrum hemisphaerium illuminante, terram nostrorum Antipodum occupent tenebrae, quo de agant Astronomi, nec non Geographi. 3. Tertius lucis primigenie finis est, existere stellarum materiam. Habuit nempe citra dubium lux illa substantialis *περιτομής*, quæ stellā-

cum dicitur facta esse materia, lucentem qualitatem, qvæ cum sua substantia in solem, lunam ac reliqvas stellas est transusa & hodienum in illis reperitur ac suppositatur. Et haec est sententia non tantum Basilius homil. 6. sed plerorumq; etiam Theologorum & commentatorum, nec non Physicorum, & probabiliten elicetur ex eo, quod non dicendum sit, lucem illam post triduum in nihilum fuisse redactam, qvia (a) Deus eam produxit ad universi constitutionem (b) Denique eam tanquam bonam, approbat. (γ) Qvia non cessavit dies, Ergo nec lux illa, qvæ diem constituit. Quibus adducti rectius statuimus substantiam illam luminosam non in accidens esse permutatam, neq; vel totam vel partem ejus interisse, sed dispersam saltim & stellis proportionatè impressam. Vide D. Varenium l. c. p. 64, & Casparum Bartholinum in Syst. Phys. tract. de stellis p. 118. Ita etiam Pelargus comment. in Cap. 1. Gen. p. 23. dicit, quod lux ηγανδρος cum luminaribus sit conjuncta. Et Damascenus: *His luminaribus, inquit, primogenitam lucem opifex indidit, non ut indigentem alias luce, sed ne otiosa elaborata lux illa maneret.* Quando verò dispersam fuisse dicimus lucem primigeniam, partes ei tribuimus non totius organicae & dissimilares, sed similares, ut proinde tota essentia in minutissima etiam sit particula, licet non totum essentia, non secus ac elementa in qualibet minutissima parte totam retinent naturam, ut ut totum essentia sit in indivisibili.

Non ergo procedit, si quis hunc in modum argumentetur:

Lux primigenia est substantia.

Lux solis, lune ac stellarum, est lux primigenia. E.

Lux solis, lune, ac stellarum, est substantia.

Falsa enim est hypothesis, qvæsi lux primæva sit in accidentis mutata. Tota lucis primæva substantia tum quoad esse corporis lucidum in stellas conditas est distributa, illisq; in materiam cesit, qvæ materia, cum & ipsa substantia sit, de se lucem spargit, ideoq; lux ista in stellis non est substantia, sed qualitas, æque ac in luce primæva erat accidentis. *Dicitur*: si illa lux fuit substantia & corpus lucidum, cur ergo vocatur lux, quod est nomen qualitatis, Verum facilis est responsio. Notandum modò est vocem lucis hic accipi per metonymiam causæ pro effectu. Neq; insinuans hæc est locutio, cum ipse Sol ac luna vocentur luces seu lumina, non tamen inde statim Sol ac luna erunt qualitates. Argumentum quod opponunt in contrarium est tale:

N. qualitas est substantiarum productendarum materia.

Lux

Lux primigenia est qualitas, & stelle sunt substantiae. E.

Lux primigenia non est stellarum producendarum materia. s.

Minorem probant, quia nulla substantia vocatur dies, sicuti lux primigenia. Resp. Minor syllogismi ex disputatis suprà est falsa. Lux primigenia est creationis terminus. E. non est qualitas seu accidentis, sed substantia, quod & suprà fuit probatum. Probationem quod concernit, locutio tropica non est confundenda cum propria. Propriè dies substantia non vocatur, benè tamen tropicè, per metonymiam cause pro effecto, illa substantia, qvæ diem constituit, appellatur. Objici ulterius posset, quod hac ratione lux primigenia fuisset incompleta & imperfetta, cui tamen ejus obstat videtur bonitas, qvam ipsa infert Dei artificis approbatio Gen. I. v. 4. Resp. Est fallacia consequentis. Digna omnino fuit lux, qvæ primò condita approbationem sui creatoris meretur. Bona ergo dicitur, qvæ subjectivè & naturâ fuit talis, & effectivè aspectu jucunda & uisu utilis & amœna, non iædens oculorum lucem, nisi homo fuisset lapsus. Obscura enim illustrat, abscondita detegit, prostrata erigit, animos latificat, tenebras pellit. Bona erat bonitate Metaphysica, qvæ conveniebat cum voluntate divina; tum physica, qvæ habuit omnia, qvæ pertinebant ejus benè esse & perfectionem secundam: Bona erat ratione causa efficientis Dei, qui solus est bonus; ratione formæ, qvæ lux erat purissima & aspectu jucundissima: ratione finis, qvæ cum effectis conveniebat. Non tamen ita erat bona, ut non alia accidentalis superaddi posset perfectio. Nam sic omnia essentialiter à Deo bona sunt facta, qvæ tamen manentibus iisdem accidentaliter magis perfici posse non repugnat.

THEISIS III.

Non ergo lux primigenia per aliam substantiam describenda, sive illa spiritualis sit, ut Angelus, sive corporalis, ut Sol, ignis, nubecula.

Enthomē.

§. 1. Nostram hactenus explicatam dedimus de luce prima sententiam, accedimus igitur ad oppositam, qvæ ad duplicum referri classem potest. In priori collocandi illi sunt, qvi aliud præter proprium, à nobis explicatum lucis tradunt subjectum; aut aliam substantiam luminosam; in altera ponendi erunt illi, qvi lucem primavam non substan-

tiam, sed materiam qualitatem & accidentis possit descendunt. De priori
haec vita, de posteriori in sequenti dispiciemus theorematem.

¶ 2. Accedimus ergo I. ad eos, qui lucem primigeniam definient
substantiam spiritualem. Ita Augustinus lib. 4. de Trinit. c. 1. & lib. 1. c. 3.
de Genesi ad literam, Origenes, Beda, Hugo, Eucherius in Genesi, Lombardus lib. 2. dist. 13. q. 6. Zonaras, Rupertus Tuitensis lib. 1. de oper. Tri-
nit. c. 11. aliique Scholastici, qui omnes per lucem primigeniam intelligunt
Angelos. Rationes suæ sententias ponunt sequentes 1. quod crea-
tio Angelorum ad primum hexaëmeri diem referatur Job. 38. v. 7. ubi
astra matutina & filii Dei, id est, Angeli Deum dicuntur laudasse, cum
poneret fundamenta terra. 2. quod creatio istorum Spirituum per luci-
di ignis & lumen productionem à Psalte describitur Psal. 104. v. 4.
3. Quod in lucida & ignea forma hominibus se conspiciendos præbere
converserunt, 2. Reg. 1. v. 11. c. 16. v. 17. Verum hanc sententiam ut falsam
rejiciamus 1. ob rationes circa præcedens theorema à nobis allatas, qui
bus addimus 2. quod, ut nota B. D. Gerhardus in disp. xi. Ifag. de crea-
tione §. 8. p. 446. Misi propositum sit præcipue corporalis & visibilis
hujus mundi creationem describere. Lux autem illa de cuius creatione
loquitur Moses dissentientem tenebris, quæ erant super faciem abyssi,
quas fulgore suo discusit. Lux ergo ista corpora fuit, non spiri-
tuales, quia & Deus ipse post separationem lucis ac tenebrarum luci in-
didit nomen diei, tenebris vero nomen noctis. Jam vero corporæ lucis
præsentia vel absentia dierum ac noctium vicisitudinem efficit. Argu-
menta in contrarium alijata facile solvuntur. Nam ad primum respon-
demus, certum quidem esse, Angelos intra creationis hexaëmeron esse
conditos, quicquid etiam contraria disputarent Genebrardus, Pontificius
lib. 1. de Trinit. p. 69. & Volkelius Photinianus lib. 2. de verit. Relig. c. 2.
p. 3. Angelos ante mundi fabricationem fuisse conditos, sine fundamen-
to adserentes; quo tamen præcisè die Angeli à Deo fuerint creati, non
ad eos constat. Sed posito etiam Angelos primo statim die ante lucem
~~πρωτην τον~~ fuisse conditos, ut illud Ex. Du. D. Calovistum autorita-
tibus ostendit. Tom. 3. Syst. p. 393. sq. & Tom. 4. p. 40. nondum sequitur,
ergo Angelos fuerunt lux primæva primo die condita, cum illud ne ver-
bulo quidem in dicto Jobi capite 38. asseratur. Ad Secundum regerimus
quod distinguendum sit inter appellationem propriam: & impropriam.
Hieroplates quidem Angelos vocat ignem urentem, sed impropriam ac
per aliquam analogiam, ob naturam purissimam, lucidissimam, subti-
lis.

Luminaria &c. Sic luxere omnes tanquam astra matutina in ipso creatio-
nis tempore, non ut lux corporalis, sed per naturae claritatem; per lucem
puritatis & sanctitatis. Sic eodem modo ad tertium respondemus insi-
ciando consequentiam. Non sequitur Angeli in forma lucis apparere.
E. sicut ipsa lux. Nam eodem modo, quia etiam in forma ignis esse ho-
minibus praebuerunt conspiciendos, ignis aut ignei essent. Neque tan-
dem quod cum luce hac creatos nunnnulli putant Angelos, ut Erasmus
Marbachius in comment. Gen. c. 1. p. 8. ipsi statim erunt Angeli, quia
sic & chaos, quod eodem die cum luce primæva est conditum, vel ipsa
lux esset, vel Angelus aliquis, quod tamen absurdum.

S. 3. Rejicimus II. sententiam illorum, qui lucem primævam fuisse
elementum ignis cum Damasceno lib. 2. de orth. fide c. 7. tradunt. Ita
Vossius lib. 2. de Idolol. c. 38. 39. Patricius lib. 5. Pancosmogr. Polanus 1. 5.
Syntagma. c. 16: Junius ad Gen. c. 1. v. 3. qui lucem staruit ortam ex ele-
mento ignis sua in sede collocato. Tremellius, & ut hoc eos trahit Gis-
bertus Venerius in part. 1. disp. Theol. de creatione parte 3. p. 61. Hugo
annot. in Genes. 6. & Nyssenus homil. super hexaëm. Sed t. obstar huic
sententia propria & generalior vocabuli נֶרֶת significatio. 2. vocabuli
נֶרֶת & נֶרֶת oppositio. 3. illius נֶרֶת per נֶרֶת seu lucem divina deno-
minatio & ejusdem per נֶרֶת privatio, ut ita illud נֶרֶת quasi vica-
rium fuerit luminis solaris circa eundem & indigestæ illius molis hemi-
sphaerium, ejus verò oppositum נֶרֶת vicarium extiterit נֶרֶת qualis
etiamnum est in opposita hemisphærica, sicuti hæc & similia uiger D.
Varenius. c. consl. 3. p. 41. Et licet alieubi נֶרֶת supponat pro igni, sic
ut נֶרֶת in loco thesi antecedenti allegato Marc. 14. vi. 54. id tamen
non sit ex significatione vocabuli hujus originali, sed nexu materiali,
neque tamen ulibi supponit pro igne elementari notante eodem Vare-
nio concl. 5. p. 43. Addo 4. quod ignis elementaris neque sit φωτισμός,
neque Φωτισμός, quorum utrumque in luce fuit primogenia. Confer Ful-
lerum, lib. i. Miscell. c. 12. p. 74. 5. Tale nego ratiocinium: Aut lux ipsa fuit
primus ille ignis elementaris, quem nonnulli Philosophorum supra ærem
sub concavo luna statuum, vel fuit noster culinaris. Neuter fuit. Non prior,
quia posito, quod ille detur, (qua de tamen, cum neque Scriptura, neque na-
tura quid tradat, non immergit dubitamus) probandum adhuc est, num
quid talis ignis aptus sit natus ad pellendas tenebras, ad disternan-
dum à nocte diem, quæ omnia vix probabant sententia adverse pro-
machi, siquidem illis istiusmodi ignis, ob nimiam, quam ei tribuunt
TARIN

garitatem, & subtilitatem ne quidem lucet, vel illuminat multò minus diem valebit efficere. Neq; posterior, qvia ignis elementaris infra aërem existens inq; nostrum usum depratus, nunquam tanta est efficacia, ut de se constitut diem, neq; tale ipsi à Conditore officium est adsignatum. 6. Argumentor à posteriori hunc in modum:

Cujus natura est ipsum material nempte Sol, et iam est materia, nempte lux primigenia.

At qvi material nempte Sol non est natura elementaris, & ignita.

E. neg. lux primigenia.

Major est extra controversiam posita. Minorem probo, qvia ignis est elementum, & mistorum quidem ingreditur constitutionem, non vero corporum simplicium, quævoq; est Sol, & reliquæ stellæ, licet non absolute & eo modo, quo cœlum, 2. qvia secus ea, quæ sunt Soli propinquiora, ut regio aëris media, nec non nives in editissimis montium cuminibus, magis experirentur egredientes è Sole igniculos, quam hodie fieri experimur. Qvin jamdudum Sol omnisq; cum eo siderum exercitus continent istorum igniculorum effluxione defecisset. Neq; mortarum solis calorem, quem nonnulli objectant. Nam in sole calor non inhærens est & effectivus, sed effectivus; non formaliter, sed virtualiter. Sol est calidus. Sed quid de peculiari Stoicorum igne statuendum, quem dicunt artificalem, aut artificem intellectu præditum, ex quo siderum fingunt manum, referente Lipsio lib. 2. Physiol. c. 13. Nos salvo aliorum judicio ignem istum Stoicorum merum ducimus esse rationis commentum, & svave vani ingenii delirium. Tacet enim de eo Scriptura, tacet Natura, quid ergo vanorum hominum fingit lingua?

§. 4. Erant III. qvi lucem Solis nomine lucis primigenia venire dicant. Quæ sententia prater Ambrosium Catharinum, Augustinum, Steuchum in Cosmopæja, Dionysium Areopagitam lib. de divinis nominibus cap. 4. defenditur à Thoma Aquinate loc. c. p. 126. Pererio, Dantæ & aliis. Sententiam suam probant 1. quod lux alia esse non potuerit quam Solis, quæ exornaret cœlum. 2. Quod est debuerat causa generationis ac conservationis sublunarum. 3. Quod lux in significacione absoluta pro ipso Sole accipiatur, Esa. 60. v. 19. Jerem. 4. v. 23. 4. Quod officium sit unum ergo & una eademq; res quæ debeat hoc officio fungi. Verum neq; haec tanti sunt ponderis, ut à veritatis tramite nos abducant. Contrariatur enim illa adversæ partis sententia 1. expressæ Sancti amanuensis narrationi, qvi Gen. 1. v. 14. Solem ac Lunam

duo

duo illa luminaria magna quarto demum die fuisse condita adserit.
Quomodo ergo intelligentur sub nomine lucis primo die creata? Sed
excipiunt, esse in Mōse Prolepsin, qvatenus Sol quarto die repetitus
ibidem intelligitur. Sed frustra talis excogitatur Prolepsis textui Sacro
apertè contraria. Confunderentur hoc pacto Hexāemerī opera, & nul-
la esset in serie operum creationis certitudo. 2. Absurda est ista senten-
tia. Nam ut dicerē testatur versiculus 7. expansio secunda demum die
fuit creata, in qua tamen Solem & Lunam esse negari à nemine potest. Si
itaq; hoc, uti omnino est, verum est, qva ratione adversarii Solem cum
sua luce dicunt prima die, ante expansi velut subjecti sui creationem
conditum? sed 3. neq; lux Solis reliquis stellis cessit in materiali, uti
de luce primæva superius fuit monitus, non itaq; venditari pro eadē
potest. Rationes qvibus pugnabant, non magni diximus momenti,
qvod ex resolutione innoteſcer. Nam r. sine ratione putatur, qvod nom-
alia lux præter solem exornare potuerit cœlum. Ecquis qvæſo negabit
Deum non idem absq; corpore Solis per peculiarem substantiam lumi-
nosam preſtare potuisse? Nonne eriam hodiè corpus solare haud per se,
verum per lucem, sui qvod est muneris exequitur? Et qve tandem eſt
ſequela: Lux debet exornare cœlum. E. Sol per illam debet intelligi? 2.
Altera confundit tempus creationis ſeu hexāmeron, cum statu illud
ſubſecuto. Non in illo requirebatur generationis ac conservationis
cauſa, cum Deus ibi ageret immediate; alia verò eſt ratio facta creationis
& naturæ jam instituta. Ergo ab hac ad mundi creationem non pro-
cedit argumentatio. 3. Tertia à particulaſi concludit ad universale, ſed
non ſine viito. Illa nempe nominis competentia eſt particulařis, qvæ con-
cludere universaliter neqvit. Ponamus igitur, luce nonnunquam ipsum
designari ſolem, non tamen id fit ſemper & ubiq;. Et cur non Deus
qvoq; aut dies ipſe, qvibus nomen lucis ſepiuſ ſolitarie convenit per-
lucem primævam indigitarur? Sed nec loca adducta probant ad qvod
probandum adducentur. Locus ſiquidem ex Eſa. 60. v. 19. deſumptus
probat potius contrarium. Non erit tibi, inquit Prophetas, Sol amplius in
lucem diurnam. Dicitum Jeremiæ 4.v.23. à scopo eſt alienum, cum ibi vo-
cabulum lucis poſitum ſit. Metaphorice prout notat letitiam & felici-
tatem. A Metaphorica verò locutione ad propriam mala fit collectio.
4. Tandem neq; ab officio concluditur firmiter. Nam licet Gen. 1.v.18.
etiam de ſole & luna dicatur qvod tenebras debeat dividere, non tam-
men, ut ex ipſo contextu, imo ipſissimis verbiſ apertissimum eſt, id de

Sole tantum, sed de Luna quoque distincte venit acceptandum. Vide B.
D. Jacobum Martini l. c. p. 117. Quid? quod ne Sol quidem sua præsen-
tia efficer diem potuerit, utpote qui jam ante erat, eodemq; jam exi-
stente, Sol deum quarto die cum reliquis stellis creabatur.

§. 5. Restat ut q. eorum refellamus opinionem, qui lucem primæ-
vam fuisse nubem statuunt. Ita cura Ebreis nonnullis sentiunt Zanchius
lib. 1. part. 2. Fullerus lib. 1. Miscell. c. 12. Cornelius à Lapide, in Comment.
in Gen. nec non ut notat, l. c. Gisbertus Voëtius ante hos Beda, Hugo
de S. Victore, Magister sententiarum 2. dist. 14. Bonaventura istidem. Et
huc omnes illi sunt referendi, qui cum Becano Theol. c. 3, lucem ex a-
qua productam adstrungunt. Non curt his facimus, quia 1. si lud est lux, a-
liud vero nubes lucida, 2. quia ex nubibus non sunt condita stellæ. Non
ex aquarum nebulis educta lux est, nec in unam cali partem, qua nunc est Sol,
collecta, sed per totū hemisphaerium colestis machine parsim diffusa, ait B.D.
Salomon Gesperius in Comment. in cap. 1. Gen. q. 2. Excipit Becanus: *Sicut*
Deus tempore Mosis produxit columnam igneam, que filii Israhel de nocte per
desertum præluebat: ita probabile est, cum primo die mundi produxisse cor-
pus quoddam lucidum, quod mundum illuminaret. Resp. Exemplum hoc
planè est *ad absurdum*, neque illustrans, neq; probans Becani assertum. Etsi
hic in materia loquaciter debet, ad id saltim applicandum erit,
quod Deus produxerit primo mundi initio corpus aliquod lucidum,
quod nos non negamus. Hic enim est verborum Becani sensus: *Sicut*
Deus tempore Mosis igneam produxit columnam: Sic probabile est,
eundem Deum gloriosum in prima statim creatione corpus produxisse
lucidum. Ut verò Deus columnam istam igneam non ex aqua effor-
mavit; ita neque probabile est, eundem Deum nostrum in primo crea-
tionis momento corpus aliquod lucidum ex aqua produxisse. Hic sen-
sus uti genuinus est, ita etiam falsè Becani sententia est contrarius.

THEISIS. IV.

Multò minus eadem per accidens debet definiri sive
ēvangelicum & concreatum, sive idiosaurum & absolutum.

Epilogus.

§. 1. Hactenus cum prima adversariorum classe fuit disceptatum, qui
spuriam luci primigeniæ adscribunt substantiam, congregendum adhuc
cum illis est, qui ex altera classe lucem primigeniam nudum accidens fu-
isse docent. Hiverò iterum in duas scinduntur partes, dum pro accidente
ēvangelicum seu qualitate inhærente alii: alii vèrò pro idiosaurum pugnant
§. 2. Ac-

§. 2. Accidens *luminis* seu inherentem qualitatem fuisse volunt
Mercerus, Altingius, Lambertus Danicus in Physica Christiana tractat.
c. 6. qui etiam à subjecto, cui necessariò insit, lucem primam à Patribus
dictam fasile corpoream putat c. 10. p. 9. Rationem euream corpus fuis-
se neget, subjecit, quia in aërem lux hac diffunditur, & illi misceri cernitur.
Atqui aëris hic est corpus. E. aut crescere hunc aërum lucis, tanquam alterius cor-
poris accessione, oportet: aut duo corpora similes esse, & quidem eodem prorsus lo-
co, quod nemo sanus conceperit. Preterea omnis actio, motus rei & substantie (qua est corporea) sit in tempore & ut aijunt successione. Atque à luce illu-
strantur, simul momentis illustrantur, id est nichil oculi agit lux. Eandem cum
Danico inflant tibiā, qui lucem primigeniam celestem qualitatem in
celo vel aqua productam sunt persuasi. Ita cum Theodoro sentiunt
Keckermannus, Bonfrerius in Gen. 1., Cornel. à Lapide l.c. Hurtadus de
Mendoza disp. 3. Phys. sect. 2. §. 20. Episcopius lib. 4. insit. sect. 3. qui la-
cem primavam vocat meram qualitatem ex & in portione aliqua aqua
condensata aut rarefacta resūstantem. Gisbertus Voëtius l.c. p. 612. No-
bis, inquit, in re tam controversa rutiſimum semper viſum fuit, si atque hanc
lucem in toto celo stellato fuisse producnam & diffundam: quarto autem die in
creatas stellas (qua Aristoteli partes densiores cœli sunt) contractam: quomodo
aque primum dispersa in mare & voragine collectae sunt. Imo non dubita-
runt nonnulli Calvinistarum, qvos citatos vide apud Hottingerum l.c.
p. 59. lucem primavam explicare per cœli Empyrei splendorem. Hottinger-
i *opus* est i. hoc loco (nempe in Genesios cap. 1. v. 3.) non tam essen-
tiā, quam lucis officium describi. 2. neuram sententiam (quod vel substan-
tia sit, vel luminola qualitas) formaliter hinc erui. 3. duas has sententias fa-
cile si non conciliari, toleranter posse, ab allegoria quippe remotas. Si corpus
vocaveris lucidum lumen non tollis: si qualitatem luminosam, subjectum ei-
tribues, si non inherenter, adherenter sicutem. 4. Utrumq; pari facilitate à Deo
creari posuisse, corpus lucidum & qualitatem luminosam subjecto vel ordina-
rio, vel dispensativo insitam. 5. Sententiam, quā corpus lucidum primige-
niam illam lucem appellat, paucioribus urgeri incommodis. Pracludit enim
fores vexata controversia de substantia accidentis absq; subjecto &c. Alio-
rum sententias citare supercedo, ut brevitatis habeatur ratio. Vide
Exc. Dn. D. Galovium, l. c. p. 1031.

§. 3. Quicquid de autoritate sit, nos veritati arbitramur magis esse
consentaneum, lucem primavam non audam fuisse qualitatem lumi-
nosam vel celo vel alii subjecto insitam, sed peculiarem substantiam.

Evia-

Evincunt hoc 1. rationes suprà in thesi secundâ à nobis allatâ. 2. sententiae contrariae remotio facillima. Nam etiam probabilior illa opinio, quâ cœlo talis qualitas luminosa adscribitur, plurimas habet difficultates. Et quidem (α) falso nimirum fundamento, ut ipse fateretur Gisbertus Voëtius, quod stellæ sint partes cœli orbis sui densiores. Erroneum hoc est principium Physicum, siquidem stellæ peculiares sunt mundi species, adeoq; plusquam raritatem ac densitatem à cœlo different. Contentum distinguendum erat à continente, non illud statim ejusdem est pars. Et unde quæsto densitas in stellis? à cœlo? neutriquam, sed ut jam supra fuit evictum, ex luce primigenia. Confer insit. Phys. B. Sperlingii lib. 3. p. 530. (β) Malè confunditur essentia cœli, cum essentia lucis. Propriam cuiilibet speciei Deus Cosmoplastes dedit naturam & formam, quam licet nos ignoremus, tamen ideo negare non debemus. Habet propriam suam formam cœlum, habent propriam stellæ, qua illud constituitur & ab his distinguuntur, & vice versa, sed non eam habet noster intellectus cognitam, qui facilius invenit, qvid res non sit, quam quid sit. Benè in manuse. B. Sperling. Exercit. 3. *Cœlum est certa mundi species. A specifica igitur forma habet esse suum, distinguvi ac operari. Non secus ac ignis per formam suam specificam essentiam, differentiam & operationes habet. Et forma illa non è materia potentia aenit, sed è materia suam traxit originem. Nomen autem peculiare forma ista non habet, sicut hac formarum est ratio. Nominatio lapidis, inquit Scaliger, qui ignorat eius oculis obversatur, formam, & Phyllida solus habeto.* (γ) Falsum itidem est principium Physicum cœlum esse corpus condensatum, cum Scriptura illud appellat expansum. (δ) Probandum adhuc erat, quod cœlum sit lucidum. Accuratores enim Physici cœlo lucem denegant, quia corpus diaphanum & pellucidum est non vere lucidum. Quomodo autem quod luce caret, lucem dedit stellis? (ε) Cœlum in Sacro codice legimus creatum, antequam crearentur stellæ. Nam quarto demum die dixit Deus: sicut lumina in expanso cœli. Quomodo autem frustâ Deus multiplicavit entia? absurdè. Neq; obstat, quod cœlum & stellæ quasdam affectiones habeant communes, ut quod cœlum sit corpus simplex, stelle itidem, quod cœlum sit incorruptibile & ingenerabile, stellæ nihil minus. Distinguenda enim sunt affectiones communes à propriis. Sic & homo est corpus quantum, locale & temporale, nec non brutum tale corpus est. Homo tamen inde non sit brutum, nec ex hoc sit homo. A propriis ergo affectionibus propriam cuiusque naturam in sequentibus facien-

dum

dum erat judicium, non à generalibus. At stellæ, dicunt, non nungquam pro ipso celo usurpantur. Sit ita, nondum cœlum erunt stellæ & contra. Nam extrinseca illa est denominatio, non verò intrinseca; locutio ista tropica est & metonymica, non verò propria & accurata (§) Tandem, ut rectè notat Waleus; si lux primigenia nuda fuit qualitas luminosa, lux vespere debuisset extingvi, ut nox posset succedere, atque altero die rursum accendi, quod tamen est contra Scripturam S. quæ semel tantum fuisse creatam lucem & quidem primo die, disertè attestatur.

S. 4. Quidam ita positis, luci esse contraria quæ suprà ex Danæo fure allata, neminem later. Sed juvat paulo penitus ejus introspicere verba. Ipse i. Danæus l. c. refutans Augustinum, per lucem hanc non intelligi Angelos p. 8. probat inde, quod hæc lux sit referenda inter res physicas creatas. Observandum, ait, lucem factam ac creatam esse, dici, quia factum est corpus lucidum, quod motu suo faciebat vesperram & mane, atq. diem consequenter. Si hoc, corpus fuit, non accidentis, res physica fuit, non qualitas, quæ talis res exornata fuit ac vestita. Et 2. quomodo id quod est mobile, nuda est qualitas? Res debet esse, quæ recipiat motum. 3. Confundit Danæus corpus cum qualitatibus. Corpus lucidum illuminat, sed non nisi medianibus, qualitatibus, luce ac radiis, unde est lumen. Sed quomodo hodiè Sol, Luna & reliqua corpora lucida illuminant aërem poterunt, non certè immediate, sed mediante luce, quæ est corporis lucidi qualitas, quæ & ipsum est lucidum, & alia illuminat, ita tamen, ut lux illa maneat in corpore lucido intransitivè, licet id quod videtur emanare, non obstante, quod sit accidens intentionale, se habeat transitivè, ut verbigr. quando radius transit in aërem & cum luce gignit lumen. Manet ergo quod non illuminare se & alia sit de natura effectorum corporis lucidi realis, sicuti effecta ejus intentionalia sunt radius & lumen quæ ex luce emanant. A luce nimirum est radius, qualitas in rebus & acutum exiliens, à luce autem & radio est lumen, qualitas intentionalis in latum diffusa. Hinc tenendum probè inter lucem, lumen ac radios est discriben, quæ distinguuntur ut qualitas & qualitatis effectus, ut qualitas realis & intentionalis, ut lux prima à luce secunda & tertia. Radius enim est quasi lux secundaria, seu fulgor & imago à prima luce exiliens: lumen verò est quasi lux terria, tam à prima quam secunda luce emanans. Brevisiter: aëris dicitur illuminari, non ac si lux in ipsum descenderet, sole post se relicto, sed quod tanquam in speculo imaginem sui imprimat, unde & nube obducta intercipitur, non secus

ac si speculo obducimus peplum. 4. Confundit Danæus actiones instantaneas seu momentaneas cum successivis. Illæ, ad quas spectat illuminatio, non dicuntur fieri in tempore. E. neq; successivæ. Ubi tamen 5. distingvendum inter actionem seu illuminationem: & inter ipsum medium, quo lumen ad motum lucidi videtur progredi. Hic non statim momentaneus est, ut lib. 5. Phys. q. 5. art. 2. volunt Conimbricenses, quia motus in instanti est nullus. Neq; etiam naturæ spirituali repugnat motus in tempore, id quod in sono aperte cognoscimus. Haud igitur aliter sibi succedit radius & id loci, quod ante se est, subit ac capitur, quam si baculus esset circumactus dicente Scaligero. Celerrimum enim in lumine reperimus motum, momentaneum nec in hoc, nec in ullo aliâ corpore deprehendimus. 6. Absurde ab aliis dicitur, quod lux primæa fuerit accidentis à Deo in diversis partibus successive productum, primum in aquis, deinde in coelo & aere. Sic equidem idem numero accidentis Deus in diversis subjectis subjective produxisset, quod non sine absurditate afferitur. 7. Non levius est Danæi error quod l. c. aquam lucis facit subjectum. Falsò ibidem supponit, quod aer sit aqua luce collustrata, de quo vide B. Sperlingum in instit. Phys. lib. 4. p. 624. seq.

S. 5. Voëtii mens, quam præat tuicissimam, ex dictis in §. 3. præcedente satis intuta, si non falsa plane, est facta. Hottingeri *Dænae* non ad eod videtur accurata, quia probandum ei (1) erat, non simul cum lucis officio describi ejus essentiam à Mose historico. Hic lucem illam afferit primo die creatam, numquid saltim ratione officii? Hoc certè sine essentia exequi lux non potuit. (2) Non bene dicitur, neutram sententiam ex textu erui formaliter, cum ipse in sequentibus concedat, ex analogia massæ indigestæ non male concludi, lucem primæam fuisse corpus. (3) Frustra supponit duas illas sententias posse conciliari. Eritne substantia accidentis inhaerens? certè differunt toto celo. Sed (4) non accuratè addit, quod si non possint conciliari, tolerari certè possint. Reclius equidem toleratur ea, quæ est probabilior, & quæ minus est probalis reclius removetur, cum veritas saltim sit una, non verò duplex. Non quidem qui luciniosam statuit qualitatem omne tollit subjectum, sed non tam justum statim ei adsignat. Neque (5) queritur quid Deus creare potuerit, sed quid jam actu creaverit.

§. 6. Sed habent, quas objectant rationes, lucem primæam merata qui dicunt qualitatem. Objiciunt i. Nulla substantia propriè dicitur lux, quae est accidentis corpori inhaerens. Roff. (a) Confunditur diversa lucis acceptio.

ceptio. [Nulla quidem substantia vocatur lux in momento nempe secundo, bene tamen in momento primo. Nam sic (G) etiam Sol & luna dicuntur luces, per ea, quae disputavimus supra. Obje. 2. Quicquid per se incurrit in sensus, est accidens. Lux primigenia incurrit. E. Resp. Negominorem. Non Lux primigenia per se, sed mediante luce accidentaliter in sensus incurrisse dicitur, non secus ac hodie Sol & reliqua stellae. Opponunt 3. Lux primigenia aliis rebus creatis accedebat. Non ergo substantia, sed accidens fuit. Resp. Elementis est consequentia à nudo nomine petita. Sit completum argumentum: Quicquid aliis accedit est accidens. Lux primæva. E. Major certè non procedit: nam subsumo: Vester homini accidunt, aurum poculi accidit. Ergo vestes vel aurum sunt accidentia. Non dixeris, nisi accidentaliter sapere desieris. Distinguendum ergo inceps accidens prædicabile: & prædicamentale. Illud etiam potest esse substantia, non verò hoc, ut ex Logica rudimentis est notissimum. Obvertunt 4. Lux Gen. i. distinguitur à corpore luminoso. E. per lucem simplex intelligetur qualitas. Antecedens probant, quia opus primi dici vocatur lux, quarti verò luminare. Resp. Antecedens est falsum. Lux non distinguuntur à corpore luminoso, sed tantum à luminaribus, id est, stellis. Corpus autem luminosum se habet ad stellas tanquam ad speciem genus, quia sub genere isto etiam lux comprehenditur, quæ à stella differt à suo materiali materia.

§. 7. Reliquum est, ut in illorum inquireamus mentem, qui lucem, primigeniam fuisse accidens *dicitur*, seu *identikitur*, id est, accidens sine subjecto scriptitant. Ita cum Basilio Homilia 7. (ut communiter à Scholasticis ejus huc trahitur autoritas) Bellarminos lib 3. c. 20. de Euchar. Beccanus conclus. §. de operibus i. diei, Tannerus, Cornel. à Lapide in comment. in cap. i. Gen. p. 4. & nuperrimè Ricciolus in Alma-gesto novo lib. 9. sect. 1. q. 7. p. 216.

§. 8. Quicquid de autoritate Basilii sit, quam male hic à Jesuitis rapi ostendunt B. D. Gerhardus in disp. 10. Isag. § 9. p. 447. Varenius l. c. p. 64. Vocat enim Basilij quidem lucis naturam *λεπτών* & purissimam, nullibi tamen negat illam fuisse in subjecto, immo contrarium docet Homil. 2. p. 8. Sed uti dixi, quicquid de Basilio sit, nos illam Scholasticorum opinionem ut monstruosam, falsam & absurdam damnamus. Neque hic de omnipotentiæ Dei disputandum, num illa tale quid poterit produci, siquidem nondum de ejus constet voluntate, an etiam ipsi hoc complaceat. De statu in quo à Deo res sunt collocatae, est videndum, non

non de eo, in quo collocari extraordinariè possint. Finge enim Deum posse hoc quod actu datur accidentis évποντων reddere ἀγονίστων: Quero, numquid igitur accidentis ita transmutatum permaneat accidentis? Vide, quid dixeris. Sed quid multis? Negamus, lucem illam ab omni materia conjugione primo triduo secretum extitisse, posteaq; corporibus celestibus, tanquam vehiculis fuisse insitam. Nam non Deus immediate lumen, sed corpus lucidum creavit suis vestimentis accidentibus. Nunquam lux illa fuit accidentis ἰδούση περ se, absolute, & sine subiecto sustentante subsistens, quia accidentis istiusmodi ἰδούση in natura est οὐδὲ τέλος. Certe nexus ille, qui intercedit inter subjectum, & accidentis naturaliter est indissolubilis, adeo ut eō sublatu accidentis intereat necessariò, juxta illud: Proprietatum deletio est natura negatio. Sed quid caput Jesuicium? Procopius, ait (Ricciolus) ostendit tantam esse Dei potentiam, ut possit effectus & qualitates producere absg, substantius, quod confirmat ab igne in rubo Moysis splendore, nec quicquam comburente, ibi enim splendorem à calore separatum fuisse, quemadmodum & calor ignis in fornace Babylonica. Non igitur, infert, mirandum, qui accidentis sine subiecto primario subffire queat? Sed mirabilia haec sunt lepido capite Jesurico digaa. 1. Procopius ostendit, sed non rectè: hinc Ricciolum facile credentem fallit. Novimus autem περὶ τὸν Ιησοῦν Θ., cur haec defensione Jesuitæ, suam nempe monstruosam transubstantiationem ut obturant (si Diis placet) facilius. Sed quid ostendit Procopius? Deum potuisse qualitates producere absg, substantius; quas nam? splendorem & calorem sine igne. Egregia probatio nudam quix infert possibilitem. Ponamus enim Deum splendorem aut calorem ibidem ab igne separasse. Ergone splendor & calor adhuc superfuere, & sine omni permanerunt subiecto? Taceret Jesuita. Sed 2. confundantur accidentis reale, & spirituale, quale est lumen incorpore 2ης Πατρός, pellucido nempe aëre. 3. distingvendum est inter actum primum & secundum. Ignis calor in fornace Babylonica fuit externe cohibitus, non remous & extinxitus. Proprium ergo illud non abfuit, licet operando se non exeruerit. Et quomodo tandem, si Deus urendi simus facultem ab igne isto removit, dicetur fuisse miraculum?

TANTUM!
Deo prIMIgenIæ LVCI sPatri & fatorI sIt honor!



Farbkarte #13

B.I.G.

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Inches
2	Centimetres



THEOLOGICA

imigenia,

*m ex
vers. 3, 4, 5.*

ice Christo,

ÆSIDIO

RENDI, AMPLISSIMI
CENTISSIMI

S MEISNERI,

*celeberrimi, Templi Ca-
ssimi, Facultatis Theolo-
Dni. Præceptoris, Patro-
tatem summa observan-
endi.*

gavit et collationi sibi

NDENS

US MEIER,

philosoph. Adjunctus.

io Majori

artii. A.C. 1662.

TERTIA.

*BERGÆ,
DTERI, Acad. Typ. A. 1702.*

T 154